Materialien

zur

Personenkunde

der

Ostseeprovinzen

Diploma Nobilitatis d. d. Varsaviae d. 29. Maj 1637.

Vladislaus Quartus Dei gra Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae Russiae Prus: Mazoviae Samogae Livon: Smolen: Czerniñq nec non Suecorum Gottor: Vandalq Haereditarius Rex.

Significamus prntibus liris nris quorum interest universis et singulis Proprium et peculiare ee Regibus, quos Supremum Numen Regnis et Provincijs praeesse voluit, ut populos sibi subiectos, non solum aequitate pariter ac benignitate regant, commodisq eorum augendis consulant, verumetiam Generosos animos virtute praeditos, ad bene de se ac Repub: merendum omnimode excitent. virtus etenim honorum ac dignitatum ornamentis aucta, intra privatos parietes latere nescit, sed in ardua tendit, indiesq magis ac magis, de Patria et Principibus bene mereri contendit: Quocirca illud a nobis quoq sacro Sancte observatum est, ut viros egregios consilio et manu promptos, dotibusq Generosi et invicti animi praeditos, laudis et perennis gloriae avidos libenter complectamur, ipsisq manum auxiliatricem ad Heroica facinora et quaevis fortia attentanda haud gravatim praebeamus. Cum itaq Nobiles Salamonem et Theodoricum Buthmanos fratres germanos, ob probatam fidem constans de nobis et patria bene merendi studium, quod pluribus occasionibus vel maxime tamen in expeditionibus Moschoviticis Valachicis, Prussicis luculenter contestati sunt, commendatos habeamus, haud illibenter ipsis beneficentiam nostram Regiam praestandam, petitioniq ipsorum annuere volumus, ac quod virtutibus illorum iure optimo debetur, id minime denegandum. Quamvis enim illos Nobili genere prognatos inusisq continuo Stemmatum gentilitiorum a maioribus suis acceptorum fuisse et esse accepimus, ad tollendam nihilominus si quispiam mente velit concipere sinistram suspicionem, eos praesenti diplomate muniendos esse, ac in Numerum Nobilium Ducatus Curlandiae ac Semigalliae recipiendos, ipsisq Titulum Nobilitatis, cum omnibus libertatibus ac immunitatibus ad eundem statum pertinentibus benigne concedendum duximus, utiquidem recipimus et concedimus hisce liris nris. Ita ut ijdem praememorati Nobiles Buthmani fratres germani, nec non ipsorum ltimi posteri utriusq tam nati et adhuc nascituri in Ordinem Equestrem ac Nobilium Ducatg Curlandiae et Semigalliae adscripti, atq hoc nro perpetuo valituro edicto recepti, iuribus omnibus Nobilium, cum et immunitatibus praerogativis, privilegijs, Dignitatibus Legibus, statutis consuetudinibus, item exemptionibus, vacationibus a muneribus et oneribus quibusvis ac alijs omnibus, quae Ordinis Equestris viri in Curlandiae et Semigalliae Ducatu, ab antecessoribus nris Divis Poloniae Regibus adepti sunt, libere gaudeant, utantur et fruantur. Quoniam autem ad hoc usq tempus interrupte Stemmatibus Maiorum suorum coram nobis productis ac ostensis, ac de linea quidem paterna duabus abietibus viridibus et frondentibus, una inferius in campo flavo et nigro cum stipite et radicibus cuius desuper galea caerulea, quam circumdat corona flava, ex qua rursus sese altera abies extendit, quam duae alae aquilinae nigrae ambiunt. de linea vero Materna ex Plombergiana familia, quae hic ob id cum omnibus sint bene

nota, non exprimuntur huc usq; gauisi ſint. Ideo eosdem poſteritatem et illorum universam haec eadem Stemmata retinere, ijsq; ut omni tempore et loco publice et privatim in omnibus ſingulisq; decentibus et honeſtis actionibus expeditionibus bellicis vexillis, Tentorijs, Annulis ſignis monumentis aedificijs, omnibus deniq; alijs rebus vel ornandis vel notandis ſuo arbitratu, aliorumq; Nobilium in Livoniae Curlandiaeq; et Semigalliae Ducatu more ac inſtituto. Quod universis et ſingulis cuiuscunq; ſtatus dignitatis et conditionis et eminentiae hominibus praeſentibus ac futuris hisce denuntiamus, ijsdemq; mandamus, ut praefatos Nobiles Salamonem et Theodoricum Buthmanos germanos fratres et legitimam illorum poſteritatem, ſeu liberos utriusq; ſexus ex illis, tam natos et in poſterum nascituros de lumbis ipſorum descendentes pro veris ac legitimis Nobilibus et Equeſtris Ordinis hominibus habeant, cenſeant, reputent et agnoscant, eosq; omnibus juribus libertatibus, praerogativis immunitatibus Equeſtri Ordini ex praeſcripto legum Publicarum et recepta conſuetudine ſervientibus, quibus caeteri Nobiles et Equeſtris Ordo in Ducatu Curlandiae et Semigalliae gaudent et fruuntur, gaudereq; et frui debent, uti permittant, neq; huic ipſorum juri et praerogativis Nobilitatis illis a Nobis praeſenti diplomate gratioſe conceſsis quispiam omnino tam verbo quam facto detrahere aut derogare vel convitijs aliquibus laceſsere praeſumat, idq; ſub poenis in detractores bonae famae alienae legibus Regni ſancitis, Pro gratia Noſtra ſecus non facturi. In cuius rei fidem praeſentes manu noſtra ſubſcriptas, Sigillo Regni communiri juſsimus. Datum Varsaviae XXIX Menſis Martij Anno Domini M:D:C:XXXVII Regnorum noſtrorum Poloniae et Sueciae V. Anno.

Vladislaus Rex.

Ioẽs Gembicki

n. | m. | 1805.

v. Butkmann —

Mx.

1. Salomon 1806.

2. Dietrich

beide Brüder wurden „wegen Ihrer
der Cron Pohlen geleisteten treuen Kriegs Dienste, auch in
Betrachtung Ihrer aufrichtigen Adelichen Herkommens"
vom König von [Wladislaus] Polen, d. d. Varsaviae XXIX Mensis Martij
Anno Domini MDCXXXVII (also nicht 1635) Regnorum
nostrorum Poloniae et Sueciae V. Anno — „in numerum
Nobilium dess Herzogthumbs Curland und Semgallen ...
auff und angenohmen." (Copia des latein. Diploms im
kurl. Ritt. Arch.)

v. Buthmann – Salomon 1805.

Ux.

1. Otto Ernst „Buhtman"
bittet den Herzog von Curl. 1664, daß ihm von der Fürstl. Canzlei „der Adeliche Titull" nicht entzogen werden möge, „vielleicht auß der gefaßten Meinung, alß ob Wir mit den Mytauschen Buchmannen befreundet wären, derselbige aber uns gar nicht zukommen" pp. u. erhält unter d. 22. Febr. den Bescheid: „Supplicant soll sich auf künfftig Landtag bey der Landschaft angeben".

1832. muß sich wohl ein Buthmann bei der Curl. Ritterschaft gemeldet haben, denn die Canzlei derselben ertheilte folgendes Attest aus: „No 1020. Im Namen Einer Curl. Ritter- u. Landsch. wird hiedurch der Wahrheit gemäß attestirt: Daß nach Ausweisung der im Curl. Ritterschafts-Archiv befindl. Familien Nachrichten ein Otto Ernst Buhtmann in Beziehung auf ein seinen Vorfahren vom poln. Könige Vladislaus ertheiltes, in Copie bey den Acten befindliches lateinisches Adelsdiplom vom 1635 (rectius 1637) Se: Hochfürstl. Durchl. den Herzog von Curl. im J. 1664 darum ersucht hat, daß ihm von der Hochf. Cantzelleyen der adeliche Titel nicht entzogen werden möchte, worauf Supplicant den 22. Febr 1664 zur Meldung bey der Landschaften auf den künftigen Landtage verwiesen worden, in den Acten der Ober-Canzelley auf gehaltenen Landtags aber keine Verhandlung weder über eine Anmeldung, noch über den adelichen Titel u. die Würde des gedachten Otto Ernst Buhtmanns zu finden ist. Urkundlich unter der gewöhnl. Unterschrift pp. Mitau im Ritterschaftshause d. 19. Oct. 1832.

v. | m. | 1807.

Battmann – Theodor

Pastor zu Goldingen um 1560

nach Recke schon am Ostertage 1550 von dem Goldingenschen Comthur Heinrich Stedinge nach Goldingen berufen; – wohl irrthümlich, da Stedinge erst 1557 als Comthur dort genannt wird.

er heißt auch bloß „Herr Dyrich" d.i. Theodorich in einem Verzeichniß vom J. 1569.